



SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
The Gift of
William W. Goodwin
Prof. in Harv. Univ.
(H. U. 1851),
13 April, 1866.

Cella

Achtundzwanzigster Jahresbericht

über

das Gymnasium der Stadt Celle

von

Ostern 1859 bis Ostern 1860,

womit

zu einer am 31. März, Morgens 10 Uhr abzuhaltenden

Declamations- und Redeübung

die Beschützer und Freunde des hiesigen Schulwesens pflichtmäßig einladet

H. Brock
Director.

Inhalt: 1) **In conscribenda avium fabula quod sit secutus consilium Aristophanes. Scripsit Heidelberg.**
2) Schulnachrichten vom Director.



Celle.

Druck von Schweiger & Pick.

1860.

Duae potissimum sunt res, quas in perspiciendis Aristophanis fabulis dijudica[illegible] teneamus necesse est; primum quidem omnes eas versari in temporum, quibus q[illegible] docta est, conditione, ex iisque earum materiem atque argumenta esse repetita, tanquam involucris veram animi sententiam certumque involvit consilium. Ex qu[illegible] consequitur, iis, qui penitus pernoscere velint comoediam Aristophaneam, accurate s[illegible] que ejus ipsius temporis, quo singulae quaeque fabulae actae sunt, rationem esse [illegible] dam cavendumque, ne prius universam alicujus fabulae sententiam investigare la[illegible] quam qualia fuerint tempora, quibus eam poeta conscripserit, acute examinaver[illegible] Certe quidem quae dixi in iis valent Aristophanis comoediis, quas temporum i[illegible] nobis non eripuit. Nam omissa avium fabula, quum in ceteris temporum rationes lateant, una est, quae dubitari possit num illis innitatur, Plutus; sed ne ab hac [illegible] eas alienas esse docuerunt Fr. Ritter [1]) et qui ejus censuram egit K. Fr. Hern[illegible] quamquam diverso quisque modo. —

Alterum eo pertinet, quod vitae Aristophanis duae discernendae sunt aetates; diversa comoediarum ejus natura ac ratio dispici potest. Prioris aetatis fabulae virum fortem, animum invictum, qui quum acerrime, quae ei civitatem pessumdar[illegible] perniciem praecipitare videbantur, impugnaret, se, quod animo proposuisset, esse [illegible] cuturum confideret. Inde vigor et vis, quae sunt in his comoediis, inde cujusvis [illegible] consilium promptum et apertum. At quum in dies magis videret omnia in pejus magno et acri dolore affectus, ironia usus est acerbissima ea quidem, sed tec[illegible] specie admodum hilari, cujus vim pauci e plebe jocis et facetiis gaudente int[illegible] rint. Nam quum vi dolorem reprimat, ipse se cogit, ut argumenta fingat plena [illegible] lantiae et profusa hilaritate omnem fere jocandi modum excedentia. Comparare e[illegible] teris cum homine, qui qualicunque aerumna et calamitate gravi afflictus, quum [illegible] indulgere nolit, neque vincendo ei se parem esse credat, totum se praecipitat in publicarum turbam, in voluptatum nimiam se mergit copiam, ad profusum jocandi g[illegible] convertit; at, qui intentis oculis eum contemplatur, risum esse simulatum et valde [illegible] pare a vera ejus natura sentiet. Ex his quidem non jam efficitur, hujus aetatis [illegible] omni prorsus carere severitate et sententiarum gravitate ac pondere, sed, ut rect[illegible] vernius [3]) vidit, aperta severitas cedit occultae ironiae, unde fit, ut magis quam i[illegible]

---

[1]) Fr. Ritter de Aristophanis Pluto.

[2]) K. Fr. Hermann in den Heidelberger Jahrbüchern vom Jahre 1829.

[3]) Suevern über Aristophanes Drama, genannt das Alter, p. 22.

ribus comoediis totius reipublicae poeta nobis adumbraverit imaginem admodum petulantem et lascivam, ita quidem ut prudentissimum quemque fugere non posset verum poetae consilium, plerique nescii ejus et toti in spectandis ludis sua ipsorum vitia cum voluptate quadam riderent, spectaculo vero peracto domum reversi poetam ejusque fabulam non amplius curarent. Sed in his quoque fabulis tenendum est, quod supra monui, temporum, quibus actae sunt, quamvis minus aperte perlucere rationes. — Jam facile erit intellectu, quomodo fieri potuerit, ut virorum doctorum sententiae de earum consilio in diversissimas abierint partes. Quod in ipsis avibus nostris videre licet, quum nonnulli nullum prorsus iis inesse consilium certum contendant, neque temporum rationem haberi, alii certum aliquod factum, quod illo tempore Atheniensium animos vehementer commoverit, per totam fabulam nobis adumbrari velint. Qui fabulam nostram in universum tantummodo totius reipublicae Atheniensium imaginem exprimere, qui Aristophanem innoxiis atque festivis jocis omnia et deos et homines leviter attingere, rerumque universitatem quasi desuper ex aere circumspicere voluisse censent, quippe quum cogitationes nostrae nullam habeant veritatem nisi in ipsa terra [1]); qui totum nihil aliud esse dicunt quam Fata Morgana, quae notissimas quasque res spectatoribus ante oculos ponat efficiatque, ut somniantes opinentur se vigilare, usque dum peracta fabula subito exterriti e dulci somnio oculos terant, obstupefacti circumspiciant, nunc demum sentientes, miro modo se somniasse [2]); qui poetam hac fabula docere voluisse judicant, omnia poetae licere, omnia eum posse et audere et perficere, poetam nullis esse circumscriptum certis terminis finibusque [3]); quamquam concedo eos judicium suum direxisse ad normam ac regulam artis poeticae, ut qui non desiderent externam aliquam rationem, ex qua pendeat, attamen illos suum quemque magis sensum judiciumque pulchri atque venusti esse secutos, quam veram comoediae Aristophaneae indolem atque naturam perspexisse contenderim, quippe cui hoc ipsum maxime sit proprium, ut et tota versetur in rebus publicis et, quid de his sentiat poeta, aperiat. Quapropter istas virorum doctorum sententias de avibus rejiciendas atque redeundum esse ad eos existimo, qui certum consilium in fabula nostra poetam esse secutum censent, in quorum sententias priusquam accuratius inquiramus, brevi comprehendamus necesse erit, qui fuerit rerum status, quo tempore aves doctae sunt, ut jam collato cum eo avium argumento quum virorum doctorum de fabulae nostrae consilio sententias, ubi videbitur, redarguere, tum, quid ipsi de ea re sentiamus, firmis ac justis possimus tueri ac defendere causis. — Jam classis in Siciliam profecta erat, cujus subigendae Alcibiades Atheniensibus spem excitaverat. Sed ad altiora eum tetendisse, quamquam in oratione contra Niciam habita (cfr. Thuc. 6, cp. 16 sq.) de iis tacuit, satis compertum habemus (cfr. Thuc. 6, 15; 6, 90; Plut. Nic. cp. 12; Alcib. cp. 17); Sicilia enim expugnata etiam Carthaginem, Libyam, Italiam aggredi in animum induxerat, quibus terris subactis Peloponnesiacis bello illato speravit fore, ut Athenienses, gentium devictarum aucti opibus navibusque, Peloponnesum totam terra marique obsidione cingerent efficerentque, ut Lacedaemonii eorumque socii interclusi cogerentur aut ad internecionem bellare aut cedere sibi principatum ac imperium. Jam Pericles admonere solitus erat Athenienses,

---

[1]) Schlegel Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur Th. I. S. 311—313.

[2]) Droysen im Rheinischen Museum vol. III und IV: der Hermokopidenproceß und die Vögel des Aristophanes cf. vol. IV. p. 46 f. und 54 f.

[3]) Karl Kock: die Vögel des Aristophanes in Jahns neuen Jahrbüchern für Philologie u. Pädagogik, 1 Supplem. Bd. 1855 p. 373—402.

ue obtemperarent iis, qui imperium omni modo prolatandum suaderent, ut in s
tinus tuendis et conservandis acquiescerent (cfr. Thuc. 1, 144; Plut. Pericl. cp. 2
neque non oppugnavit Nicias expeditionem in Siciliam suscipiendam, quum
Graecia hostes relinquerent haud contemnendos, Atheniensium vero viribus opibus
tributis et dilaceratis etiam periculosiores propensioresque ad bellum denuo At
sibus inferendum (Thuc. 6, 10); ipse denique Aristophanes primam, quam in S
fecerant Athenienses, expeditionem cavillatur in Acharnensibus (vs. 606), in vespis (
895, 924), in pace (vs. 250). Nihilo tamen minus et senes et juvenes tanto illius
cupiditate et amore flagrabant, ut circumsedentes in tonstrinis, in gymnasiis, in
stris, insulae Siciliae marisque, quod eam circumdat, tabulis et imaginibus in ar
scriptis, confabularentur inter se de rei magnitudine ac successu, atque alter alterun
etiam incenderent (cfr. Plut. Alcib. cp. 17; Nic. cp. 12; Thuc. 6, 24; Diodor.
Multi forsitan mente et cogitatione totius orbis terrarum domini sibi visi sint. -
priusquam, qui classis praefecti creati erant, Nicias, Lamachus, Alcibiades naves sol
accidit, ut una nocte omnes, quae Athenis erant, Mercurii statuae mutilarentu
dici potest, quantae inde turbae concitatae sint; videbatur enim ad democratiar
tendam esse excogitatum (Thuc. 6, 27 sq., 60). Praemiis propositis, si qui hujus
aliorumve similium indicia deferrent, factum est, ut ingens civium multitudo in
cionem veniret in vinculaque conjiceretur, ut continuae lites non finirentur, om
tuae fidei nodi solverentur, ut adeo, simulac praeco senatum convocaret, senatore
poterant celerrime properarent in curiam, cives vero in foro circumstantes veriti
custodiam darentur, trepidantes et anxii suam quisque domum peteret*). Maxime
Alcibiadem inimici, quibus impedimento erat, quominus ipsi rempublicam gubernar
suspicionem vocare studebant apud plebem. Sed quum plurimum valeret atque r
dum esset, ne, si causam publice diceret, a criminis illius societate, quam ei ex
verant, liberaretur, effecerunt, ut lis ejus differretur, donec Sicilia expugnata
rediisset. Sed novis in absentem eum illatis criminationibus, Salaminia navis mi
quae eum in jus revocaret. Alcibiades vero, quum navis ad Thurios appelleret, 1
paulo post Spartam se contulit. — His igitur temporibus Ol. 91, 2 archonte Chabr
nysiis urbanis, una cum Ameipsiae commissatoribus et Phrynichi Monotropo aves
esse cognoscimus ex antiquis argumentis.

His praemissis ad ipsum avium argumentum enarrandum nos convertamus. I
nes, Pisthetaerus et Euelpides, ingenui Athenarum cives, neque qui civitatem fur
(vs. 30 sq.), litium pertaesi, quibus nimis Athenienses indulgerent (vs. 39 sq.), e
migrarunt, atque alter cornicem, alter monedulam manibus gestantes, quae iis viar
strent, Tereum, avium regem, in upupam mutatum quaerunt, ut ex eo cognoscant
ubi vitam degere possint ab omni molestia ac difficultate liberam omnibusque, q
vitae jucunditatem pertineant, rebus abunde refertam (vs. 44 sq.; vs. 121 sq.).
postquam ex iis audivit, qualem potissimum vivendi rationem cuperent, nonnulla
et Graecas et exteras iis nominat. Quibus ab utroque rejectis Euelpides qualis sit
vita ab upupa edoctus, quum audiat carere eam nummis, et in hortis vivi beate 1
frugibusque variis, hanc veram esse vitam nuptialem exclamat (vs. 161). Jam Pisthe
qui, dum amicus cum upupa colloquitur, tacitus secum magnum aliquid volvit,
aperit consilium, quod mirum quantum sapiens huic visum est; quod si sequerentu

*) cfr. Droysen l. c. 3, 206.

imperium deorum hominumque amissum posse recuperare; nimirum aerem circummuniant, suadet, ut neque dii ad homines descendere, neque nidor sacrorum ad illos ascendere possit. Sic deos fame coactum iri, ut avibus imperium avitum concederent. Upupa incredibili perfusus voluptate, cantu lusciniae statim convocat aves, quae primo quidem acriter aggrediuntur senes illos tanquam homines aviumque generi inimicissimos. At placatae ab upupa Pisthetaerum ut audiant, permoventur, qui jam callida blandaque oratione earum aures permulcens efficit, ut subito mutato animo avide ejus consilium arripiant, seque pullosque in ejus ditionem ac arbitrium committentes, promptas paratasque sese ostendant ad opus perficiendum. Laetitia exultantes jam eo procedunt, ut in parabasi se ipsas tanquam deos praedicent, originem suam ducant a temporibus antiquissimis, vitam suam omnibus legibus et institutis humanis prorsus contrariam esse lepide glorientur hominesque invitent, ut terra relicta cum avibus societatem amicitiamque conjungant. Interea Pisthetaerus et Euelpides commorantur in Terei nido, quo sese contulerant, ut radicula quadam comesa et ipsi aves fierent. Unde postquam alter in loquacem merulam, alter in anserem ridiculum in modum mutati in scenam redierunt, deliberant de nomine novae urbi imponendo, atque pluribus repudiatis Pisthetaero auctore Nephelococcygia ea appellata est. — Opus erat, ut nova urbs consecraretur, novisque diis immolaretur. Sed dum Pisthetaerus sacra facit, advenit poeta dithyrambicus, urbem recens conditam tumidis versibus efferens. Donatus pallio abit; vates vero, qui oraculum in Nephelococcygiam spectans recitat, a Pisthetaero verberibus depellitur, aeque ac Meton et episcopus et legum venditor. Ne amplius turbetur sacrificium, Pisthetaerus sacerdotem jubet intrare aedes, ubi sacra rite faciat. Quibus confectis Pisthetaerus in scenam reversus docetur a nuntio de operis successu admodum mirabili, ita ut stupefactus confiteatur, incredibilia omnia sibi videri (vs. 1167). At citato cursu accurrit avis, quae nuntiat, deorum aliquem alis praeditum clam graculis, qui diurnis temporibus excubias habebant, per portas volasse in urbem. Omnes jam acriter strenueque pervestigantes aerem deprehendunt Iridem demissam a diis ad homines, quos ad solvenda exhortaretur tributa debita; nimirum aere circummunito, id quod efficere voluerat Pisthetaerus, erat prohibitum, quominus, quo vesci existimabantur, victimarum nidor ascenderet ad deos. Sed re infecta Iris a Pisthetaero redire cogitur. Interim redit legatus, quem ad homines mitti jusserat Pisthetaerus (vs. 844), quos admoneret, ut avium imperio obtemperarent, hoc renuntians: Pisthetaerum in summa apud omnes gentes esse admiratione ac existimatione, ab iisque donari corona aurea; mores prorsus esse immutatos, omnesque tanto avium regni amore incensos, ut mox ingens eorum numerus sit adventurus alas sibi aviumque mores concupiscentium. Quo facto Pisthetaerus, plumis variis cujusvis naturae atque indoli convenienter dispositis et ordinatis, quibus novos colonos exstruat, advenas excipit, primum parricidam, eas praecipue avium leges exoptantem, quae vel ipsum patrem verberare et jugulare permittant. Cui postquam exposuit Pisthetaerus, aliam praeterea inveniri legem in ciconiarum tabulis, ut pulli, ubi adoleverint, vicissim alant et pascant parentes, scuto eum gladioque exornat suadetque, ut cum his alis avolet in Thraciam pugnatum ibi adversus hostes patriae. Prodit deinde Cinesias, ingenti cum verborum pompa ac splendore alas sibi deposcens, sed verberibus de scena exturbatur a Pisthetaero, quod idem obtingit sycophantae pennas postulanti, quo celerius trans mare volans socios falsis criminibus insimulet litibusque implicet. His igitur rejectis homuncionibus, restat, ut, quaenam sit deorum conditio, et quid iis placuerit, certiores fiamus. Appropinquat Prometheus clam Jove et umbella, ne a diis conspiciatur, obtectus, suadetque Pisthetaero, ne prius cum diis Olym-

piscis, quippe qui magnopere premantur tum fame, tum a diis barbaris ob defectum s
suorum iratis, redeat in gratiam amicitiamque, de qua conjungenda legatos mittere il
placuerit, quam Juppiter Pisthetaero Basileam dederit in matrimonium, avibus autem re
diderit sceptrum. Jam adveniunt legati illi Hercules, Neptunus, Triballus. Hercul
coena lauta captus omnia, quae vult Pisthetaerus, facile concedit, Neptuno quidem obl
quente, assentiente tamen, uti videbatur, Triballo. Splendidissima denique pompa regi
e coelo deducta, omnes cantantes atque saltantes de scena decedunt.

His constitutis jam nos convertamus ad Suevernii [1]) sententiam, quam in animo nobis e
paulo accuratius examinare et quantum per vires nostras licet, refutare, nos quidem oleu
et operam non plane esse perdituros rati, quamquam idem alii jam et fortasse melius si
conati [2]). In avium incepto quum totius fabulae cardinem verti vir doctus statuat, in pra
senti rerum statu circumspectat simile aliquod inceptum, cujus nostra comoedia allegori
sit. Repudiata et explosa eorum opinione, qui avium inceptum Deceleae munitioner
significare arbitrati sunt, quum propter temporum rationem, quoniam aves Ol. 91, 2 docta
sunt, Decelea autem Ol. 91, 3 munita est (cfr. Thuc. 7 cp. 19 & cp. 27), tum alias a
causas, quae maxime pertinent ad diversam avium et Spartanorum naturam et ad rei
ipsam comoediae vix accommodatam (cfr. Suev. p. 4—5), causam comoediae nostrae de
prehendere sibi videtur in expeditione illa in Siciliam facta, cujus nobis allegoriam ex
hiberi a poeta vult, ita quidem ut aves sint Athenienses; Pisthetaeri persona significe
tum Alcibiadem, utpote totius rei auctorem, tum Gorgiam Leontinum; ipsum denique
avium inceptum imaginem nobis exprimat expeditionis illius, qua deos, id est Spartanos,
et homines, id est eorum socios, sibi subjiciunt. Jam vero allegoriae quum ea sit vis ac
natura, ut imago pro re ipsa ponatur, aut omnia in rem debent quadrare, aut allegoria
pessima est. Quocirca in illa, quam vult Suevernius, allegoria si alia videmus pertinere
ad expeditionem Siculam, alia prorsus absona esse ab ea, rejicienda est, ne in poetam
transferamus culpam poematis mire perturbati et perplexi. Sensit tale crimen sibi esse
evitandum vir doctus, et magnifico splendidoque doctrinae apparatu etiam singula omnia
perscrutatus sententiam suam firmare studuit. — Rectissime quidem Suevernius sub avium
specie imaginem nobis effingi a poeta statuit ipsorum Atheniensium (Suev. p. 6), nec facile erit, qui hoc neget, si modo consideret eorum inconstantiam, vanitatem, levitatem, rerum novarum cupiditatem, animos irritabiles, credulitatem, qua fit, ut ab unoquoque, qui eorum naturam penitus pernorit callideque ea abuti sciat, se regi ac duci patiantur, arrogantiam et fastum, quo totius Graeciae sibi deberi principatum opinantur; quae omnia in aves quoque cadere satis dilucide apparet. At cetera si, quomodo supra vidimus, interpretatur, viro docto assentiri non possumus. In refutanda ejus sententia eam sequemur rationem, ut, quae ille sparsim de eadem re disserere debebat, colligamus ac comprehendamus. Primum igitur in suum illorum ingenium atque mores paullo accuratius inquiramus. Causas, cur Athenas relinquendas statuerint, ipsi afferunt (vs. 27 sq.); nolunt amplius vitam plenam litium ac negotiorum, quaerunt quietam, tranquillam, omnibus rebus ad vitam non tam sustentandam, quam jucundiorem reddendam aptis abunde refertam; id potissimum spectant, ut corpori satisfaciant cupiditatesque suas expleant (cfr. vs. 44 sq.; vs. 120 sq.; vs. 669 sq.; vs. 1253 sq.). Non mirum, tales homines taedio Athe-

[1]) Süvern über Ar. Vögel. Abhandl. der Berl. Akademie der Wissensch. 1827.

[2]) Timm, Beleuchtung der Untersuchungen Süverns über die Vögel des Aristophanes, Parchim 1842; K. Kock l. c. p. 386 sq.

narum captos e patria migrare, ubi, si usquam alibi, lites florebant ac vigebant, ubi, qui antea fuerat vitae habitus laetus et hilaris, evanuerat in turbulentumque et tristissimum erat commutatus, cujus rei originem supra invenimus in causis propter Mercurii statuas mutilatas exortis. His timent ne quamvis insontes implicentur, in suspicionemque vocentur mysteriorum violatorum, id quod Salaminiae navis pavore aperte ostendunt (cfr. vs. 146 & 147). — Sed quamquam eadem fere et cupiunt et aversantur, magnum tamen, si accuratius rem intueris, apparebit discrimen intercedere inter utrumque. Pisthetaerus ignavus quidem proinde ac Euelpides, sed qui astutia et calliditate tum ignaviae opprobrium amovere, tum periculum imminens avertere sciat; facetus, suis tantum rebus consulens, dominandi cupidus, et quamquam merus civis ἀστὸς μετ' ἀστῶν (vs. 34), quum perdiu Athenis vixerit, atque vitam urbanam penitus pernorit et fere adoleverit in civili turba ac fori, vulgares quidem inde didicit artes sophistarum civiumque turbulentorum, qui plebis gratiam sectantur, iisque occasione oblata utitur. Adspecto Trochilo quum uterque prae timore humi prostratus jaceret, Euelpides primus ausus est surgere avemque alloqui; quae ubi abiit ad dominum suum e somno excitandum, Pisthetaerus, ut faciunt ignavi, qui, quum se tutos esse arbitrentur, absentibus minantur, in malam crucem eam abire jubet, Euelpidi vero querenti monedulam e manibus emissam ignaviam opprobrat, quod prae metu avem emiserit, atque astute ridiculeque semet ipsum ab ignaviae crimine liberare studet eo quod dicit, avem suam sponte evolasse, non a se e manibus emissam (vs. 85 — 91). At superat socium artibus et dolis. Gravissimo enim imminente iis periculo ab avibus iratis, Euelpidem lamentantem, quod Pisthetaerus eum in tantum capitis discrimen adduxerit, maligne quidem ridet, sed simul, quo animum demissum recreet, adhortatur eum, ut arreptis, quas secum portaverant, ollis veruque, sese defendat, ita ut Euelpides in maximam statim ejus admirationem transeat (vs. 399 sq.). Prudentiae vero et calliditatis quod edere poterat specimen praeclarius ac luculentius, quam quod persuadet avibus, ut rem incipiant perridiculam ac vanam, atque decipit deorum legatos. Sed cave eum referas in numerum civium istorum turbulentorum ac seditiosorum, quales describuntur in equitibus, qui nulla alia re magis delectabantur quam strepitu ac tumultu fori; neque in numero habendus est rhetorum vel sophistarum. Quamquam non abhorret ab istorum hominum moribus consuetudinibusque, et fraudium, fallaciarum, mendaciorum peritissimum se exhibet. Atque tantam sui admirationem upupae avibusque injicit, ut summis ab iis laudibus in coelum extollatur (vs. 318; 409; 412), ad ipsumque, ut qui unicus rei perficiendae aptus sit, omnium voluntate ac consensu summa rerum deferatur (vs. 626 sq.)

Euelpides ipso nomine naturam suam atque indolem satis indicat; est is, qui libenter spei cuique indulgeat, qui facile ab aliis se duci et regi patiatur, qui omnia, quae dux incipit et molitur, assensu suo comprobet; est ejus famulus, uti Suevernius dicit (p. 35), ignavus aeque ac dominus ipse, neque vero is, qui periculum instans callidis artibus a se defendat; loquax (cfr. vs. 69 sq.), ut est senectus; quare ipse fere solus, Pisthetaero non interpellante, et cum Trochilo et cum Tereo colloquitur, et ob eam rem aptissimus, qui domini orationes et explicationes saepenumero jocis insertis interrumpat (cfr. vs. 476; 479; 480; 486 sq.; 493 sq. etc.). A quo, ut socius et adjutor sit avibus in aedificanda nova urbe, in aerem missus, quamquam invitus, sed blandis domini verbis mox placatus decedit (vs. 837 sq.). — At Suevernius, cujus animo nunquam non obversatur expeditio Sicula, personas avium incepti auctores non ex sola poetae mente et cogitatione effictas esse, sed iis respondere debere, qui in illa expeditione suadenda et perficienda similes susceperint

partes, arbitratus, primum quidem in Pisthetaero quaerit et reperisse sibi videtur non nulla, quae dubium non sit quin pertineant ad Alcibiadem. Nam uti Pisthetaerus av bus, ita Alcibiades Atheniensibus rem maximi momenti ac ponderis proposuit, habitaq oratione commendavit. In eundem Alcibiadem cadere sophisticam Pisthetaeri naturam, praesertim ejus dominandi et imperandi cupiditatem (p. 24). Sed quum Pisthetaerus s nex appelletur (vs. 256; 320; 1401), Alcibiades vero tum temporis in flore aetatis fu rit, nec sophistica ratio, quam Pisthetaeri primariam quasi esse naturam dicit, sat congruat cum Alcibiade, in quo illa fuerit minoris momenti (Suev. ibid.), jam no solum Alcibiadem putat latere sub persona Pisthetaeri, sed alium praeterea, in quem so phistica illa natura magis conveniat. Poterat vir doctus plura etiam afferre, quae long abhorrent ab Alcibiade. Ubi ille animi vigor, illi spiritus, illa arrogantia, ubi illa in solentia, illa petulantia, illa audacia, quae omnia in eo fuisse compertum habemus? Quid Alcibiadine putas ignaviam opprobrari potuisse? Pisthetaerus merus civis, Alcibiades no bili loco natus, ille pauper et vitae placidae ac suavis amantissimus, hic ditissimus e qui vivit in voluptatibus rerumque civilium turbis. Quid tandem inani et vano Pisthe taero commune cum Alcibiade, in quo natura quid efficere possit videtur experta! Imm ad quemvis alium potius pertinere videtur quam ad Alcibiadem.

Vix operae pretium erit, ea quae verbosius disputavit Suevernius de Gorgia Leontino sub Pisthetaeri persona recondito, diligentius examinare. Ut breviter comprehendam, quod sentio: apud poetas comicos, quantum quidem licet judicare ex iis Aristophanis fabulis, quae supersunt, quum ea valeret lex, ut primarias partes non sustinerent, nisi qui ipsis Athenis ex ingenuis civibus nati viverent, quod dilucide apparet ex iis fabulis, ubi ὀνομαστὶ κωμῳδεῖται, nullo pacto, etiamsi non diserte Pisthetaerus civis Atheniensis nominaretur, de Gorgio cogitandum esse contenderim. Quodsi Suevernius Pisthetaerum non eum esse dicit, qui cum certo aliquo homine plane congruat, sed potius complurium mores ac proprietates in eo esse conglutinata, ipse conjecturam suam delevisse irritamque reddidisse atque ad nostram videtur inclinare sententiam, Aristophanem nobis depingere voluisse hominem, quales id aetatis permulti Athenis erant, qui magnificis et gloriosis ostentationibus blandisque verbis plebem inducebant, regebant, ad insana omnia permovebant.

Eadem est ratio Poli Agrigentini, quem sub Euelpidis persona latere vir doctus vult.

Subtilius quam verius demonstrare studuit Suevernius, per upupam significari Lamachum (Suev. p. 36 sq.). Adspecto enim Tereo quum Euelpides exclamet vs. 94: τίς ἡ πτέρωσις; τίς ὁ τρόπος τῆς τριλοφίας; Aristophanem, ducum cristas magnificas et gloriosas irridere solitum, his verbis satis dilucide et enucleate significare Lamachum, quem propter ingentem cristam bellique cupiditatem saepe illudi a poeta notissimum est. Cum Nicia et Alcibiade ipse tertius dux creatus, fieri nullo pacto potuisse, ut ab Aristophane silentio praetermitteretur. Accedere, quod (vs. 103) interrogatus ab Euelpide, ubi pennae manserint, respondeat: »se nunc ut omnes aves hieme plumas ponere«, quae verba de Lamacho intellecta lucem demum accipere. Nam sensum τοῦ πτερορρυεῖν clarum fieri e vs. 284, ubi upupa altera minor natu confertur cum Callia, cui a sycophantis et mulieribus pennae evelluntur; Lamachum autem tam pauperem fuisse, ut in suscipiendo imperio vestimenta et calceos intulisset rationibus suis (Nic. cp. 15; cfr. Acharn. vs. 615). Cetera, quae affert, minus valent. At si omnia, quibus sententiam suam firmari putat Suevernius, aeque bene poterunt intelligi de Tereo upupa, nonnulla etiam melius, non erit, quod viro docto assentiamur. Primum enim cur Tereus potissimum electus sit a poeta, qui Pisthetaeri consilia avibus commendet, facile est intellectu, si modo eum antea fuisse hominem co-

gites. Nam excogitandus erat avium rex, qui linguae Atticae peritus et cum advenis illis colloqui posset, et eandem aves edocuisset (vs. 200). Jam quod Euelpides stupet adspecta ingenti ejus crista, non mirum, quum poeta, quo spectantium risum moveat, in hac fabula amet omnia augere et in majus efferre, aves magnis rostris (cfr. vs. 99), ingenti rictu (vs. 61) ornare (cfr. vs. 268 sq.), Nostro loco aliud praeterea accedit. Videtur enim poeta upupam deformatam plumisque raris adspersam atque sola crista, quippe qua maxime insignis sit, immodice aucta in scenam produxisse, ut eam antea fuisse hominem (cfr. vs. 97: ἦν γάρ, ὦ ξένοι, ἄνθρωπος), neque totam abiisse in volucrem significaret*), pariter ac postmodum (vs. 801 sq.) Pisthetaerus et Euelpides ridiculum in modum in aves conversi, ille in merulam κόψιχον σκάφιον ἀποτετιλμένον (cfr. interpr. ad h. l.) hic in anserem εἰς εὐτέλειαν συγγεγραμμένον in scenam redeunt. Itaque non opus est, ut cum Suevernio voce πτερορρυεῖν Lamachi paupertatem significari statuamus. Haec ejus conjectura cum ceteris collabitur, praesertim cum praeterea nihil ne ab ipso quidem Suevernio ad Lamachum referri possit. —

At non sufficiunt personati Alcibiades, Gorgias, Lamachus, tecte etiam adversarii expeditionis Siciliensis debebant denotari a poeta. — Senes illi convocatis avibus aucupes visi quum in magnum discrimen venissent, ita ut Euelpides fuga jam salutem petere vellet, hic ut arreptis, quas secum tulerant, ollis veruque sese defenderet, admonitus a Pisthetaero, consilium tam prudens admodum miratus, exclamat vs. 362 sq.: callidissime hoc excogitasti, atque adeo Niciam machinis (μηχαναῖς) superas. Quales sint intelligendae machinae, quamquam nemo, opinor, dubius haerebit, si modo et totam hanc primi actus partem et Niciae peritiam machinarum militarium respiciat, Suevernius tamen aliam praeterea rationem in hac voce inesse arbitratur. Niciam enim utpote acerbissimum Alcibiadis ejusque consiliorum adversarium nullo pacto debuisse silentio praeteriri. Itaque machinas illas explicat de artibus et fraudibus, quibus Alcibiades usus sit ad Niciam harum rerum ignarum devincendum (Suev. p. 44 sq.), non videns, sic ne ipsum quidem Niciam, quem dicit civem simplicem sophistisque inimicissimum, posse vindicari ab ejusmodi artium crimine. — Porro in vs. 638 sq., ubi Tereus adhortatur aves, ut intentis viribus opus aggrediantur, neque diutius morentur (μελλονικιᾶν), quamquam concedo Suevernio (p. 45 sq.), tum ad Niciae cunctationem et tergiversationem respexisse poetam, tum ad verba cujusdam Demostrati, qui, quum deliberaretur de expeditione in Siciliam suscipienda, in Niciam illius rei culpam contulit (cfr. Thuc. 6, 25; Plut. Nic. cp. 12; Alcib. cp. 18), idem tamen nihil inde consequi contendo ad allegoriam firmandam, immo ad redarguendum Suevernium facit hic locus, quippe qui illa verba Tereo i. e. Lamacho tribuere debeat, quamquam alius sunt, quod frustra ita excusare studet Suevernius (p. 56 sq.), ut in Tereo duas esse permixtas personas affirmet. — Restant nonnulli alii, quos cum expeditione Siciliensi arctiore vinculo conjunctos esse Suevernius vult (cfr. Suev. p. 69 sq.) nimirum poeta ille dithyrambicus, vates, Meton, episcopus, legum venditor, quos omnes Pisthetaerus ejiciendos ex avium regno curat. Non nego, istiusmodi homines lucri faciendi avide arripuisse occasiones oblatas expeditione Sicula et fuisse, qui Siciliam tanquam terram expugnatam jam tum temporis, quo aves actae sunt, decantaverint, qui oracula protulerint ad hanc rem spectantia (cfr. Nic. cp. 13), qui illam se esse emensuros speraverint, qui episcopos se missum iri putaverint; concedo Aristophanem omnes generatim atque universe complecti homines, qui ex expeditione Sicula magnum se facturos

*) cfr. schol. ad h. l.

esse lucrum confisi sint, modo ne totam fabulam allegoriam reddas, et singula omn illam pertinere velis. Quae quam parum ad eam spectent, statim vides in Metone quamquam expeditionis adversarius acerbissimus (Plut. Nic. cp. 13; Alcib. cp. 17), n minus ab Aristophane, injusto ejus doctrinae odio flagrante, acriter perstringitur, Suevernius quidem (p. 72) a Pisthetaero i. e. Alcibiade utpote suasore et auctore incepti putat exturbandum fuisse ex scena, etsi in avibus ejus amicus et adjutor app Non magis sacrificium per illos homines turbatum spectare putandum est, uti Sueve vult (p. 73), ad libationes et preces, quibus classis, antequam e portu navigavit, initiata et consecrata est (Thuc. 6, 32). —

His absolutis, jam accedamus ad id, in quo totius Suevernii disputationis su consistere debet, quo probato cetera quoque omnia, quae jam perscrutati sumus, et mox videbimus, majorem certe veritatis speciem nanciscerentur. Agitur enim ja avium incepti similitudine cum expeditione Sicula, cujus Athenienses eum fore eve recte statuit Suevernius (p. 11 sq.) sperasse, ut Siciliae, Libyae, Carthaginis, It devictarum aucti et adjuti opibus totam Peloponnesum ingenti classe cingerent, a Spartanos prohibitos, quominus a sociis extra Peloponnesum sitis tributa, quae sole adipiscerentur, sibi subjicerent, eodem modo quo aves aere circummunito deos imped quominus ad homines descendant, sacrorumque nidores per aerem in coelum assur solitos accipiant, regnum sibi ac principatum concedere cogunt. Haec qui legit, quidem sensu ac judicio prae ceteris cogitabit, Aristophanem aliquot iisque dilu et apertis indiciis significare, murum illum avium esse classem, qua Peloponne cingere in animo habeant Athenienses, in eaque exstruenda subjectarum terrarum ac divitias esse consumptas. Hoc etiam Suevernius sensit sibi esse accuratius expli dum; et nuntii exclamatione vs. 1124: ἐξῳκοδόμηταί σοι τὸ τεῖχος statim ad totius inc finem et eventum nos ductos esse a poeta dicit (p. 75 sq.); nimirum ei non opus mentione Siciliae, Italiae, Libyae expugnatarum, quoniam ejus rei nullum poterat venire indicium. At certe Libyae expugnatae mentionem injicit poeta. Nam trig millia gruum Libycorum lapides devoratos attulisse narrantur, qui moenium fundam essent (vs. 1136 sq.). Quid? nonne subactae Libyae divitias classi, qua Peloponne cingere volebant Athenienses, aedificandae destinaverant? Eodem spectare putat, q vs. 1250 commemorantur porphyriones pardorum pellibus induti, quos minatur Pis taerus se esse missurum ad Jovem aggrediendum; his enim significari auxilia Libyc Peloponnesum mittenda, quum Africani, et inprimis equites Numidici id genus pe gestare soliti sint (Suev. p. 75—76). Non intelligimus, cur Aristophanes, quum pl praeterea commemoret aves, quae ad muros aedificandos operam suam contulerint, his quoque tribuerit, quae nos cogerent de ceteris quoque terris cogitare. Omnes f quarum labor in illa re conspicitur, aves ita electae sunt, ut, cui rei perficiendae sing quaeque maxime aptae et idoneae sunt, ejus curam iis mandaverit poeta. Sic grues, niam in aliam terram migraturi lapides devorasse ferebantur, quominus a ventis huc, i jactarentur, accommodate sane ad rem nostro loco adhibentur. Porphyriones vero del poeta, ut designaret gigantum unum ejusdem nominis, ridiculeque, quo illarum av terrorem et atrocitatem augeat, eos pellibus pardorum indutos esse vult. — Unde intelligimus de incepto maritimo, de Peloponnesi obsidione sermonem esse? Ex dicti bus aliquot e re navali sumptis; huc pertinere (cfr. Suev. p. 77) vs. 1157; vs. 1203 vs. 1256; vs. 1394. — Minutias captat Suevernius, ex iisque rem gravissimam studet vincere. Quis, quaeso, mirabitur apud scriptorem Atticum permultas imagines e re

vali sumptas? Quid simplicius magisque rei conveniens, quam magnum operis alicujus fragorem comparari cum eo, qui in navalibus auditur, praesertim a cive Atheniensi? Quid? quod πέτρας, rupes illas, ex quibus procedit Tereus (cfr. vs. 20; vs. 54; vs. 92), explicat de Atheniensium πυκνί (Suev. p. 21 sq.), ea potissimum ex causa, ut majorem veri similitudinem habeant quae dicit (p. 18 et p. 22): „ut in equitibus (vs. 169 sq.) botulario a Demosthene imperium, quod adepturus est, monstratur, idemque in emporia et quae in mari conspiciuntur naves, oculos conjicere jubetur, ita Tereus, totum aeris orbem circumspicere jussus a Pisthetaero (vs. 175 sq.), revera intuetur in mare; et si pro urbe, quam in aere, id est in mari, condendam statuunt aves, intelligimus naves mare tegentes, satis clarum ac manifestum est, quid imagini subsit, ita ut accuratioribus indiciis vix opus sit." Hac interpretandi ratione facillime omnia possunt ex verbis poetae extorqueri, quae iis minime insunt. Idem valet de Suevernii explicatione (p. 77 sq.) verborum τὼ πτέρυγε ποῖ ναυστολεῖς; (vs. 1229). Poetas saepenumero alas comparare cum remis vel velis, notum est (cfr. Virg. Aen. 1,301: volat ille per aera magnum Remigio alarum; Aesch. Prom. vs. 468: λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα; Agam. vs. 52: πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι). At Suevernius ex hac imagine concludit, alas Iridis vera significare navis alicujus sive vela sive remigia, quo etiam spectare Pisthetaeri interrogationem vs. 1203: ὄνομα δέ σοι τί ἐστι, πλοῖον ἢ κυνῆ; κυνῆ vero quum Peloponnesiacis, inprimis Arcadibus et Lacedaemoniis propria fuerit, significari ea militem Peloponnesiacum, atque ex hac ambiguitate, quae in Iride cernatur, planam fieri illam Pisthetaeri interrogationem. At quum respondeat Iris, se esse Iridem celerem, hoc referre Pisthetaerum ad navem, ideoque eum sic pergere: Πάραλος ἢ Σαλαμινία; Jam vides, quo tendat Suevernius. Iris est navis Peloponnesiorum, quae perruptis, quae ad Peloponnesum obsidione cingendam dispositae sunt, navibus, socios Peloponnesiorum et civitates foederatas adhortatura est, ut tributa debita solvant. Sed a navibus hostium conspecta, enixe investigata est, dum ipsas Athenas pervenit. — Pisthetaerus cur per jocum quamvis frigidum, ut ingenue fatear, deam habere possit pro navi, liquet, si modo eam alis tanquam velis vel remis ornatam fuisse cogites, celeriterque per aerem magnum remigio alarum volasse. ἢ κυνῆ vero addit, illudens immensum petasi marginem, quo, qui Iridis personam gessit, insignem fuisse verisimile est. Quod κυνῆ tegumentum capitis maxime proprium erat Lacedaemoniis et omnino Peloponnesiis, ab iisque in bellis potissimum gestabatur, inde non jam necessario cogimur, ut de milite Peloponnesiaco cogitemus, quandoquidem apud Atticos quoque idem in usu erat (cfr. nub. 268), neque solummodo inserviebat usui militari, sed saepius imbribus vel solis radiis arcendis a facie, quam ob causam ab Iride quoque gestatur. — Accedit, quod ne ipse quidem Pisthetaerus, uti ex sequentibus apparet, de navi Peloponnesiaca cogitavit; quam si Aristophanes significare voluisset, vix eum quaerentem fecisset: Πάραλος ἢ Σαλαμινία; Quam interrogationem simpliciter equidem, nisi forte Aristophanem nil nisi jocos et facetias consectatum esse mavis, ita explicandam esse arbitror: num advenisti ad mandata publica exsequenda? num missa es ad deorum mandata exsequenda? sumpta imagine ab harum navium usu et officio. Neque valde repugno Timmio conjicienti (p. 52—53), Salaminiae navis, quae improviso emergens expeditionem Siciliensem quodam modo turbaverit, idcirco hoc loco mentionem fieri, ut rem aliquam adversam incepti processum turbare ac morari significetur. —

Iride amota redit nuntius ad homines demissus, hoc renuntians, homines lubentissime obsequi avium imperio, quique ante Nephelococcygiam conditam Laconicorum mores imitati essent, mutata prorsus voluntate avium omnes flagrare consuetudinum amore ac

cupiditate, totamque earum vitae rationem ardentissime concupiscere. Unicuique ha gentil Aristophanes perstringere voluisse videbitur mobiles, opinor, animos Athenie ac volubiles, qui, quaecunque iis placeant, statim arripiant, non ita curantes, num et utilia sint. Nam hoc Suevernius ipse (p. 7) concedere debet, homines non adm diversos apparere ab avibus h. e. Atheniensibus. At oppositionem Ornithomaniam et Laconomaniam explicandam esse censet de partibus Graeciae sibi oppositis (p. 80 sq.). Ornithomaniam enim esse imitationem morum Atheniensium, ita ut ὀρνιθομανοῦσι inter versus scripserit poeta ἀθηνομανοῦσι. Revera igitur hoc renun nuntium illum, Lacedaemoniorum potentiam esse infractam, et plerasque Graeciae tates Atheniensium imperio obedire. Vix quidquam contortius et quaesitius esse p hac explicatione! Nam quum ipsos in animo habuerit Athenienses poeta, ex eorum descriptionem suam desumpsit. De morum diversitate sermo est, qui mutatae vitae sunt. Notum est, Athenis multos fuisse, Lacedaemoniorum et morum et reipul amantissimos, praecipue nobilissimos et oligarchiae vel aristocratiae faventes Athenie quo spectant verba (vs. 1282) ἐκόμων, ἐπείνων, ἐῤῥύπων etc. (cfr. Lysistr. vs. 275 vesp. vs. 474 sq.; vs. 1158 sq.). Quid hoc ad Lacedaemoniorum potentiam? Finger bebat poeta morum aliquam diversitatem, et quam videbat in ipsa Atheniensium festive lepideque in nostram fabulam transtulit. — Adveniunt quos praedixerat nu homines, pennas sibi aviumque mores petituri, sed omnes, ut supra vidimus (p. 4) cluduntur ab avium regno. Difficilis sanequam esse videtur quaestio, quomodo agendi ratio naturae ac moribus Pistthetaeri conveniat. Nam qui Athenis adveniunt, e numero pars quidem aliquam morum similitudinis speciem prae se ferre videntur Pisthetaero, quandoquidem sunt homines vani, grandiloqui, avari, suis tantum comn inservientes, novaeque urbis cupidissimi, ubi, quae apud homines turpia sunt, ho habentur (cfr. vs. 755). At omnes ejiciuntur. Itaque plerique interpretes statuere, Ar phanem persona Pisthetaeri esse usum, ut suam ipsius sententiam pronunciaret, secus mihi videtur. Nam omissis istis prioris aetatis fabulis, in quibus sub per primariis Aristophanem ipsum absconditum latere facile apparet, id quidem persua mihi non possum, Aristophani per totas scenas licuisse, ut, quas finxit personas, e natura prorsus immutata, se ipsum quasi substitueret in earum locum. Concedo, inte fieri, ut poeta non modo incolumi personarum indole ac natura suas iis attribuat se tias, sed etiam tum, quum personae partibus minus convenit; at raro tantum — nam carmina nullo pacto huc trahi possunt — itaque, ut protinus ingenio suo ac mo convenienter agere pergant, numquam per totas scenas. Ejusmodi loci sunt in I vs. 795 sq.; in pace vs. 174; in ranis vs. 416; et in ipsis avibus vs. 445. Nam quod a exemplum e ranis Suevernius (p. 84), minime quadrare mihi videtur. Non in pı tantum fabulae parte sibi constat Dionysus, sed etiam in altera, quippe quum paull sensimque eo ducatur, ut Aeschylum Euripidi anteponat. Timmius excusare studet j vi et natura p. 45: „Die Rechtfertigung scheint mir in dem Wesen des Lächerlichen zu liegen; dieses als die pretentiöse Unvernunft, als der seiner Wahrheit entfremdete, in dem Nichtigen s gefällige und sich selbst genügsame Geist, hat keinen substantiellen Gehalt in sich, und also auch Gewähr für seinen innern Bestand, keinen Zweck und also auch keine zweckgemäße Erscheinung. es ist allerdings das Zweck- und Planlose selber und wirkt daher auch vorzugsweise durch die U raschung, daß etwas geschieht, was nach dem vernünftigen Gange der Dinge nicht geschehen und soll. Der Gang der Komödie ist daher allerdings der Gang des Zufalls, der Laune, ob hieraus keineswegs folgt, daß ein Werk, dessen Natur Laune ist, nicht wie jedes andere poe

Werk nach einem Plane concipirt werde." At hac jocosi definitione omnis mihi videtur ruere et dilabi ars, nam quod nullum consilium, nullam stabilitatem ac constantiam habet, quod utut libet poetae adhiberi potest, vel totius fabulae harmoniae, quam dicimus, detrimento magno, cujus certa norma ac regula non est, nequit esse artis argumentum. Equidem Pisthetaeri agendi rationem minime repugnare ejus ingenio moribusque, demonstrare conabor. Athenae non amplius ei placent, libidinibus et cupiditatibus nequit, quantum sat est atque juvat, satisfacere, nam et aere alieno obrutus est (cfr. vs. 38; vs. 115 sq.), et sycophantarum litiumque timore vexatur (cfr. vs. 40 sq.). Athenienses aversatur, cum iisque nullam sibi rem esse vult. Quaerit urbem, ubi tranquillam placidamque possit transigere vitam, voluptatumque, quibus maxime gaudet, explendarum sibi data sit facultas. Talem invenit apud aves, callideque efficit, ut ipse earum quasi dux et rex creetur. Jam igitur quae cupiebat, ei contigerunt, atque adeo spem ejus superaverunt, jam stolidarum avium imperator omnia potest perficere, vel ipsos deos spes est devictum iri, avibusque concessuros esse summum imperium. Sed adveniunt novae urbis commoda cum eo communicaturi, in quibus expellendis non modo non secum pugnat Pisthetaerus, immo vero summa ejus calliditas ac prudentia cernitur. Nam primum quidem a poeta non depingitur homo tam nefarius et scelestus, ut vel parricidium possit probare, ut non detestetur sycophantarum artem sordidissimam; deinde hisce homuncionibus in avium regnum receptis, nonne metuendum erat, ne, disseminatis ac divulgatis similibus sententiis, tranquilla ac suavis regni conditio inficeretur, ne, quod summo labore ac studio et quaesierat et adeptus erat, otium turbaretur, imperium translatum dimiaueretur, ne, quae Athenis decedens fugerat, discordiae, turbae, seditiones jam redirent omniaque permiscerent? Eas tantum leges, eos mores, eum rerum ordinem permittit Pisthetaerus, qui nec ipsi, nec avium regno noceat. Quod vero Aristophanes quoque odio eos persequitur, causa esse nequit, ut Pisthetaerum naturam suam exuisse et poetam in ejus locum successisse statuamus. Quaerenti vero quid hac expulsione sibi voluerit poeta et quomodo illa arctiore vinculo cohaereat cum ceteris fabulae partibus, hoc lubet respondere, poetam id potissimum egisse, ut ostenderet, quanta morum depravatio, tanquam morbus, in omnes civitatis partes invasisset, nihil inde posse prodire, nisi homines perditos et corruptos. —

Restat, ut, quae Suevernius de deorum significatione et totius fabulae consilio disputavit, breviter examinemus et perpendamus. Exspectas sane, quum sub deorum specie Spartanos nobis adumbrari Suevernius contendat, mores agendique rationem Spartanis aptam et accommodatam. Nihil ejusmodi, quod ipse vir doctus confiteri videtur (Suev. p. 8). Omnibus enim, quibus Athenienses, vitiis imbuti et obruti sunt; corporis libidinibus indulgent (cfr. vs. 556 sq.), suarum rerum unusquisque est studiosus, sunt avari, discordes, perfidi, et democratia attica legesque atticae apud eos regnare finguntur (cfr. vs. 1570; 1649 sq.); ita ut major intercedat eos inter et Athenienses similitudo quam inter Spartanos. Qui jam fieri potest, ut cuiquam persuasum sit, bonum poetam in iis expressurum fuisse imaginem Lacedaemoniorum? Suevernius quidem eam ob causam id putat poetae licuisse, quoniam tum temporis auctoritate et opibus Spartani plurimum valuerint in Graecia (Suev. p. 18). Quid? quod tantum abest, ut Lacedaemonii eo potuisse adduci putandi sint, ut cum Atheniensibus foedus inirent tam ignominiosum, ut maluisse eos interire, quam hostibus capitalibus concedere summum imperium multo probabilius sit? Quamquam Suevernius, si expeditione Sicula ad felicem exitum perducta Alcibiades Peloponnesum ingenti classe cinxisset, verisimillimum esse credit, Lacedaemonios ma-

luisse pacisci cum hostibus, quam ad internecionem usque dimicare, ea quidem conditione, ut Atheniensibus concederent principatum, Alcibiadem ipsum, ut summum imperium Athenis et acciperet et acceptum retineret, adjuvarent (Suev. p. 89). — Accedit quod ne singula quidem, quae affert vir doctus ad sententiam suam probandam, quidquam valent. Tribus enim illis deorum legatis significari, Hercule, quippe Spartanorum regum auctore et avo et Doriensium heroe, viribusque corporis pollente, Spartanos et simul Boeotos, Neptuno, quippe maris domino ludorumque Isthmicorum praeside, Corinthios, Triballo denique gentem quandam barbaram Triballorum, Odrysis affinem, quorum regem Sitalcem, Atheniensium socium, quum proelio vicissent, non quidem quoniam amicitia atque societate cum Lacedaemoniis conjuncti erant, sed ut Athenienses damnum inde acciperent, fieri potuisse, ut tanquam socii Lacedaemoniorum in fabula nostra repraesentarentur (Suev. p. 90 sq.). At quis non miretur Herculem missum a Lacedaemoniis admodum cautis et providis, quorum rationibus prospiciat? quem utpote semper esurientem, tunc vero fame fere enecatum, non difficile erat praevidere, epulis lautis facile eo posse adduci, ut deorum res destitueret. Verum Corinthii, homines molles et effeminati, virum mittunt severum atque gravem et qui vehementer obstat, ne Atheniensibus principatus concedatur. Quomodo haec non pugnant inter se? Quid denique Triballi, qui ne socii quidem sunt Spartanorum? Aperte Hercules, quum, quoniam est Jovis filius, et qui propter ingentes corporis vires fortius agere possit (cfr. vs. 1574 sq.; vs. 1578), tum quia multa praebebat, quae risum movere possent, apteque quadrarent ad poetae consilium; Neptunus, Jovis frater, vir gravissimus, ut esset, qui resisteret nimiae Herculis obsequentiae; Triballus denique joci causa delecti sunt a poeta. — Cum his igitur paciscitur Pisthetaerus, ut avibus imperium avitum reddatur a Jove, ipsi vero regina in matrimonium detur, h. e. ex Suevernii sententia, Alcibides externam quidem summi imperii speciem Atheniensibus condonat, revera autem, Lacedaemoniis adjuvantibus, se ipsum reddit Athenarum totiusque Graeciae dominum et tyrannum. Itaque Aristophanem voluisse commonefacere Athenienses, ut caverent Alcibiadis consilia cupiditatemque tyrannidis occupandae. — Nihil ad Alcibiadem! Quid? putasne verisimile esse, Alcibiadem, quo tempore classi erat praefectus, atque ad Siciliam expugnandam, id quod tantopere concupiverat, cum classe navigaverat, evertere voluisse democratiam Atticam? Immo ipsa Alcibiadis verba huic videntur repugnare, Thuc 6, 89: *καὶ τὸ μεθιστάναι αὐτὴν* (sc. *δημοκρατίαν*) *οὐκ ἐδόκει ἡμῖν ἀσφαλὲς εἶναι ὑμῶν πολεμίων προςκαθημένων.* Neque satis liquet, quod dicit Suevernius (p. 87—89), eum hoc efficere voluisse adjuvantibus Lacedaemoniis. Nam etiamsi apud populares fuit in suspicione tyrannidis affectatae, nullis tamen nititur firmis argumentis, quod contendit vir doctus, eam occupare in animo fuisse Alcibiadi adjuvantibus nonnullis sibi amicis Spartanis, qui repraesentarentur a Prometheo (Suev. p. 85 sq.). Id enim convincere non potuit, fuisse inter Spartanos, qui ab Alcibiadis partibus steterint, cum eoque consilia communicaverint, ipsis Spartanis perniciosa. — Deinde non assequor, quomodo haec inter se concinant, Alcibiadem eo tetendisse, ut Peloponneso tota ingenti navium multitudine cincta et interclusa Lacedaemoniorum potentia infracta, rempublicam Atheniensium augeret et amplificaret, atque eorumdem, quippe debilitatorum, auxilio sperasse fore, ut democratiam Atticam posset evertere, tyrannidemque occupare. Certe quidem Athenienses non sua sponte et voluntate ad talem descendissent conditionem, praesertim tot et tantis aucti opibus, ita ut novum inde exortum esset bellum, in quo multo probabilius esse ipse Alcibiades praevidere debebat, victores esse evasuros Athenienses suaque ipsius consilia ac spes ad irritum redactum iri. Et

profecto putasne Athenienses, si omnia iis ex sententia successissent, si expugnata Sicilia, Libya, Italia Peloponnesum cinxissent, hostesque necessitate coegissent, ut se libero ipsorum arbitrio permitterent, satis habituros fuisse, Spartanos sibi concedere principatum, eo scilicet imminente periculo, ne viribus recreatis atque data occasione iterum in discrimen illum vocarent?

Refutato igitur, quantum per vires nostras licebat, Suevernio, priusquam ad nostram de avibus sententiam explicandam transimus, hoc unum addere liceat, me primum quidem aeque ac Timmium (p. 66 sq.), sententia Suevernii prorsus inversa, hoc fuisse Aristophanis consilium arbitratum esse, ut commendaret potius Alcibiadem Atheniensibus, quippe unicum rei perficiendae aptum et idoneum, utpote cujus prudentia fiat, ut avium i. e. Atheniensium respublica ad summum imperii fastigium evehatur, qui ex incondita et rudi eam reddat ordinatam et bene compositam, homines nequam et improbos expellat, animos inconstantes ac volubiles Atheniensium corroboret et confirmet. Sed quum multa viderem huic sententiae obstare, quae ipse facile intelliges, neque Timmium fugerunt (p. 68 sq.), et repudiavi eam, et in ea, quam nunc proferam, jure meritoque mihi videor posse acquiescere. — Quod supra monui in dijudicandis Aristophanis fabulis esse tenendum, Aristophanem arctissimis adstrictum fuisse vinculis ad aetatis suae conditiones, et ex eo ipso tempore, quo quaeque fabula acta est, explicationis et interpretationis fundamentum esse petendum, hoc vel maxime in aves quoque cadit. Cujus argumentum in eo consistere quum viderem, ut inceptum quoddam inane auctore sene astuto callidoque perficeretur, jam diligenter quaerebam et circumspiciebam, quomodo in ipsius illius temporis, quo aves doctae sunt, rationibus et causa et materies inesse potuerit ejusmodi fabulae componendae. Atque quamquam valde abhorreo a Suevernii sententia, lubenter tamen fateor, legendo ejus commentationem judicium de avibus mihi conformatum, quod jam dudum obscurum quidem nec dilucide expressum menti obversabatur, discussis, quae aderant, tenebris, clarius et distinctius evasisse. Nimirum Aristophanes non quidem ipsam expeditionem Siculam, quatenus ad solam Siciliam pertinebat, sed quae cum ea cohaerebant, futiles Atheniensium exspectationes meraque somnia deridet, omnino levitatem Atheniensium, credulitatem, rerum novarum cupiditatem, qua possit evenire, ut callidissimi cujusvis hominis vanis ac fraudulentis promissis morigerantes, se rapi ac induci patiantur ad suscipienda ea, quae, quum ipsorum vires longe superent nec isto homine duce ac gubernatore possint carere, in ejus potestatem ac ditionem eos redigant, ita ut ipsorum tyrannus ac dominus evadat. Nam hoc quidem unicuique, finem fabulae legenti accuratiusque consideranti, cum Suevernio oportet constare, una cum Basilea tyrannidem Pisthetaero deferri, poetam igitur docere voluisse, unius dominationem necessario inde consequi. Quod nisi poetae consilium fuisset demonstrare, finis fabulae prorsus alius esse debebat; sufficiebat sceptrum avibus traditum, nec vero opus erat nuptiis Basileae splendida pompa celebratis, quam si haberet Pisthetaerus, omnia eum habere Prometheus dixerat. —

Vides, me proxime accedere ad Thomasium (pag. 41 sq.); „deridet hac splendida imagine debilitatem pariter ac levitatem Atheniensium, qua potuerit evenire, ut loquacissimo cuique homini facillime gererent morem, nec diu haesitantes vel perversissimis ejus obedirent consiliis atque immemores juris humani et antiquae religionis ipsum illum venerarentur augerentque veluti regem ac principem," quem in eo a veritate aberrasse censeo, quod temporum, quibus aves doctae sunt, rationes non assecutus est. Noli vero cogitare de allegoria expeditionis Siciliensis, una et sola, quae eam inter nostramque fa-

bulam intercedit similitudo, ea est, quod utriusque incepti par est inanitas. Haec igitur deridetur a poeta et in universum natura Atheniensium levis, qua ad incredibilia omnia possint impelli et perlici. Sed si viam ac rationem, quam iniit Aristophanes, accuratius contemplaris, multa praeterea eum invenies spectasse, quae, quum toti fabulae innexa et inserta sint, cavendum est, ne res primariae putentur; quod quidem vitium plerique ceteri viri docti, qui de avibus scripserunt, non vitarunt. Timmius enim (p. 77 sq.) censet Aristophanem docere voluisse, qui posset evenire, ut homo corpori deditus leviterque eruditus eo anderet procedere, ut et deos negaret et se ipsum quasi substituens in eorum locum totum mundum suis commodis subjicere studeret. Immo quum fingat Pisthetaerum avibus persuadentem, ut deos de loco suo dejiciant, hac re id inprimis erat demonstraturus, istud inceptum aeque esse insanum et perversum atque Atheniensium consilium totius fere mundi dominationem occupandi.

Ceteri quoque omnes viri docti in eo errasse mihi videntur, quod, quam fabulae subesse volunt sententiam universam, ejus nullam videmus causam idoneam ac rationem in ipso avium tempore sitam, quae poetam commovere potuerit ad talem potissimum fabulam componendam. Roetscherus ita fere ratiocinatur (p. 378—387): Avium chorus repraesentat rempublicam Atheniensium, et sub hac persona recondit legum mobilitatem, morum et institutorum omnium inconstantiam et extremam levitatem, qua fit, ut suarum rerum unusquisque studiosus non curet cetera omnibusque communia; id quod non solum ipsa chori persona, sed etiam apertis ejus verbis declaratur, ut qui eo procedat, ut aves diis superiores canat, et, quae sunt sancta et religiosa, impugnet ac deleat. Sed chorus pro vera sua ac propria natura ingentis illius levitatis contrarium est, suique ipsius ironia, id quod, simulac apparet in scena, tacite ipse ostendit.[1] At haec oppositio et re ipsa declaratur, quum chorus licentiam illam et levitatem jocose vellicet, compluresque, qui ei favent, irrisione persequatur. Pisthetaerus ipsius Aristophanis sensum exprimit, qui ab initio quidem eidem, cui aves, indulget licentiae; sed quum adveniant complures ei prorsus simillimi, a priore levitate retrahitur, et qui verus est ejus animus atque natura, apparet, quum omnes istos homines e regno avium excludat et depellat. Ita et Pisthetaerus et chorus sui ipsorum sunt personae contrariae. Volebat igitur poeta imaginem exprimere reipublicae Atheniensium, in qua, veteribus morum legumque vinculis solutis, licentiae et arbitrio unius omnia essent obnoxia. — Quod dicit Roetscherus, chorum sui ipsius esse contrarium, et personae suae severitatem ipsa sua praesentia delere, hoc non intelligo, qui fieri possit. At si dicit, hanc oppositionem luculenter apparere in carminibus nonnullis chori, quibus licentia, quam repraesentet chorus, et qui ei faveant, perstringantur, hoc, credo, non dixisset, si comoediae Atticae originem secum reputasset, praesertim canticorum chori.[2] Quod attinet ad Pisthetaerum, satis explicasse mihi videor, nihil in eo secum pugnare. Ceterum libenter concedo, imaginem nobis effingi reipublicae Atheniensium, ubi legum auctoritas non amplius valeat, deorum reverentia et morum probitas evannerit, omnia, quae antea ad universum populum pertinuerint, arbitrio singulorum obnoxia sint. Sed haec non est summa fabulae; idem enim in omnibus Aristophanis comoediis magis minusve est expressum.

---

[1]) Ipsa Roetscheri verba haec sunt p. 380: „Die Vögel zeigen daher, durch ihre Erscheinung als Chor, sogleich stillschweigend den Gegensatz ihres Symbols, oder sie vernichten unmittelbar mit ihrer Erscheinung den Ernst ihrer Maske."

[2]) Otf. Müller: Geschichte der griechisch. Litter. 2, p. 192 f.

Jam erit, cujus sententiam aestimemus ac momento suo ponderemus, Kerstius,*) qui quidem in eo statim videtur aberrasse a recta via, et quominus, quod verum avium est consilium, inveniret, esse impeditus, quod, quamquam concedit universam cujusvis fabulae Aristophanis sententiam ex ipsis temporibus tanquam fonte emanasse, et poetae, universum aliquid componenti, semper obversatum esse singulare quoddam, ex cujus imitatione illud enatum sit (Kerst: p. 12—13), primum putat investigandam esse sententiam universam, deinde quae respondeant ei in ipsius temporis rationibus. Haec sententia, praeterquam quod sibi aperte repugnat, minime convenit indoli ac naturae comoediae Aristophaneae, quam supra accuratius exposuimus. Hoc vero esse consilium avium: „Ostendit poeta, quomodo homo, qui suas tantum res curet, obedientiam et reverentiam debitam legibus, institutis, moribus societatis generis humani exuat, suamque ipsius voluntatem in illorum locum supponere studeat, ita quidem, ut liberum se facere cupiat a spatii exiguitate et angustiis. Hae enim spatii angustiae, ex quarum nutu quasi pendet, tali homini videntur verae libertatis tanquam carceres; spatio enim se coerceri putat et impediri, quominus a vitae humanae conditionibus se possit expedire, eo vero superato et perfracto se non cogi, ut societatis civilis legibus obediat, impunitum illas se posse violare, quippe quum volando poenas sibi imminentes queat effugere; liberum se fieri suique juris, et ceterorum, qui spatii cancellis circumscripti sint, dominum. Ut autem a spatii cancellis liberum se reddere possit, cupit alas, quae ei sunt imago libertatis“ (Kerst: p. 14 sq.). — Fac, fuisse istiusmodi homines Athenis, Aristophanem putasne quidquam moraturum fuisse absurdas eorum opiniones? Quodsi Kerstius dicit (p. 16), hanc opinionem tam vulgarem esse, ut facile nostrum quisque semel puer eam habuerit, tam insulsa tamen est, ut hominem adultum in eam incidere posse vix arbitrer. Certe apud Athenienses non erat vulgaris, et quod caput est, minime periculosa reipublicae legibus, institutis, moribus, ideoque non apta, quae ab Aristophane derideretur. Confundere mihi videtur Kerstius involucrum cum consilio, quod illi involutum est. Atque in illius ingeniosissima inventione maxime admiratus sum ingenii Aristophanis acumen; et id quidem, quomodo in eam potuerit incidere, et quam accommodata ad ejus consilium sit, Kerstius quamvis invitus recte explicat. Id enim potissimum agendum fuit poetae nostro, quum deridenda proponere vellet mera Atheniensium somnia, ut argumentum excogitaret, in quo, quae gererentur, aeque quidem futilia essent et vana, atque Atheniensium consilia, attamen externam saltem prosperi successus haberent speciem. Jam aves videbat multorum commodorum participes, quibus homines carent, et forsitan ipse admodum puer earum socius fieri concupiverit, quas mente praeditas, si modo callide ea uterentur, et hominibus et diis, et ipsis spatii angustiis circumscriptis et coercitis, potentiores esse, lepide et jocose poterat demonstrare (cfr. orat. Pisthetaeri; parab. vs. 685—737; vs. 753—770; vs. 785—800; vs. 1058—1072; vs. 1088—1102). Minime vero irridere vult eos, in quorum optatis fuerit aves fieri, itaque sese ipsos subtrahere vinculis societatis generis humani. Neque cum hac sententia satis conveniunt, quae in altera libelli parte Kerstius disputat de historica fabulae ratione (p. 54 sq.). Nam, quod mirari poteris, mecum fere consentit, inanitatem expeditionis Siciliensis planam facere voluisse poetam (p. 64), nisi quod hanc similitudinem putat intercedere avium inter et Alcibiadis inceptum ejusque similium, qui repraesentantur a Pisthetaero: „Ut Pisthetaerus liberum se

*) Kerst: Die Vögel des Aristophanes in Hinsicht auf Idee, historische Beziehung und komischen Charakter. Vergl. Jahn's N. Jahrbücher 1848 Jahrgang 18 Bd. 54 Heft 1.

reddere vult ab omnibus societatis generis humani vinculis, quae eum impediunt, quominus libidines suas possit explere, et hanc libertatem adeptus esse sibi videtur urbe in ipso aere condita, ita Alcibiadis ejusque consimilium fuit consilium, regnum sibi condere, in quo ad suum arbitrium vivere possent, nec penderent a legibus et institutis reipublicae Atheniensium. Id sperabant, sese esse consecuturos expeditione Sicula. Volebant enim in ipsa Sicilia domicilium ac sedem novi imperii collocare, atque Italia, Carthagine etc. in ditionem suam poetestatemque redactis somniabant fore, ut vel ipsae Athenae ex arbitrio suo penderent, ipsique respublicas possent instituere prorsus ex libidine sua" (Kerst: p. 61 sq.; p. 64 sq.). — Satis habeo, hanc Kerstii conjecturam protulisse, ejusque refutatione mihi videor posse supersedere. —

Novissimus qui scripsit de avibus Hermannus Köchly [1]) non novam quidem, immo antiquissimam, scilicet ipsius Aristophanis sententiam deprehendisse sibi visus, quam altera hypothesi a se restituta atque emendata confirmari censet, ita fere disserit: Aut mira ac singulari diversitate aves discrepant cum ceteris poetae fabulis, et ante aves et post eas conscriptis, quae quidem sunt veteris comoediae, quarum omnium admirabilis et insignis est consensio et consilii et ordinis progressusque et finis, aut cum Pisthetaero stat iisque, qui cum eo novum oppidum condunt, et quae agunt, a poeta approbantur, commendantur, collaudantur. Itaque id primum agit, ut Pisthetaerum tueatur ab criminationibus eorum, qui eum immensam aliquam voraginem ac gurgitem vitiorum turpitudinumque omnium esse volunt; aeque ac Dicaeopolis, Trygaeus, Plebs recocta, Philocleon, adscribendus est in eorum numerum, qui pristinum rerum statum, qualis fuit superioribus temporibus, laudibus quam maximis extollunt et reducere optant, in quibus gentis Atticae mores effinxit poeta. Cujus imperio quum aves, ut quem integro animo ac libero, nulla adhibita ejus auctoritate, ducem sibi ac dominum delegerint, lubenter obediant, ea ipsa re declarant, placere sibi eam reipublicae conditionem, qualis Pericle vivo fuerit, cujus nutu ac arbitrio quum omnia regerentur, verbo quidem omnium rerum potestas penes plebem, revera autem imperium singulare erat. In priore quidem parabasi propriam suam ac peculiarem naturam atque indolem non plane exuunt, neque dignas sese praestant altioribus istis ac magnificentioribus rebus, ad quas eas genitas et conformatas esse Pisthetaerus splendida habita oratione exposuit; itaque sordem urbis ac faecem invitant, ut avium vitae socii ac participes fiant. At quum eos expellat Pisthetaerus, poeta satis declarat, in avium republica nullum prorsus esse locum neque iis, qui more majorum in novas colonias mitti soliti sint, neque hominibus istis, quos recentior aetas tulerat omnium sordidissimos ac turpissimos. [2]) Quod vero tacet chorus, quamquam, quos ipse antea invitavit, expelluntur, inde necessario cogimur ut concludamus, avium pristinam naturam prorsus esse immutatam, quod idem consequitur ex altera parabasi, quae tota discrepat a priore. Jam igitur dignae sunt republica omnibus suis numeris absoluta et expleta, qualem constituit Pisthetaerus, in qua ex omni parte diversa ab ipsis Athenis pace, tranquillitate, otio, summis omnino bonis fruuntur. Et quum Basileam in matrimonium ducat Pisthetaerus, omnium summa rerum ad eum defertur, sceptrum vero, externum imperii signum, ad aves pervenit. Repraesentat igitur avium respublica novas quasi Athenas omnibus suis numeris atque partibus perfectas in eumque rerum ordinem redactas, qui fuit aetate Periclea. —

---

[1]) Köchly über die Vögel des Ar. Zürich 1857.

[2]) Köchl. p. 15 u. 18.

Ita fere Köchly. Jam paulo accuratius inquiramus in ea, quae primo loco disputavit vir doctus de fabularum Aristophanis indole ac natura. Quis tandem, quaeso, eo audaciae procedet, ut contendat, quoniam ceterae omnes fabulae certam aliquam viam ac rationem sequuntur, eandem etiam in aves debere cadere? hanc fabulam ab ordine, consilio, fine reliquarum transversum, ut dicunt, digitum non licere discedere? Num mentem solutam ac liberam poetae, quem, qua fuit ingenii sollertia ac varietate, pòteris conferre cum Proteo, tam arctis coercere licet vinculis, ut omnes fabulas, ne iis quidem exceptis, quas temporibus deperditas dolemus, ad eandem normam et regulam eum direxisse putes, a qua nunquam discesserit? Num certos poetae constitues fines ac terminos, extra quos egredi non liceat? Jam vero nonne ipsae aliquot fabulae satis declarant, paulo audacius judicasse virum doctum? Quod statim videre licet ex Thesmophoriazusarum fabula, cujus longe aliam esse rationem quam plurimarum ceterarum Aristophanis comoediarum, vir doctus facile concedet; nam vix eum credo esse dicturum, poetam sequi eorum partes, qui in hac fabula personas primarias gerunt. Jam vero Ecclesiazusarum fine, etiamsi proxime accedit haec fabula ad mediam quam dicunt comoediam, nonne ante oculos positum est, quam vana et futilis sit mulierum dominatio, perinde ac ipso avium fine inanitas rei ab avibus susceptae plana fit? Quid tandem opus est viri docti fulminibus tonitribusque, quibus edoceantur aves, quam inanes, quam futiles sint eorum conatus, deos regno spoliandi seque ipsas substituendi in eorum locum? Id est funditus tollere vim poeticam! — Quod attinet ad Pisthetaeri et Euelpidis ingenium atque mores, facile concedo, eos non esse ita contaminatos, ita perditos, ita flagitiosos, quales a nonnullis viris doctis describuntur, nulla vero exstant certa ac firma in avibus documenta, quae nos cogant, ut eos et praecipue Pisthetaerum in numerum referamus eorum, qui sicut Dicaeopolis, Trygaeus, Strepsiades, Philocleon Aristophani sunt exempla antiquitatis. Revocare liceat virum doctum ad ea, quae ipse uberius de eorum moribus atque ingenio disserui. Quod summum et maximum est, vides eum sui potissimum commodi ratione ducta et affectare et obtinere tyrannidem. Eane ab Aristophane praedicari ac commendari putanda est? Num in ceteris fabulis aliquot etsi parvis indicat poeta indiciis, se unius dominationem cupere ac probare? Aristophanis comoedia quum tota versaretur in rebus publicis, mirum esset, nisi quid de iis sensisset poeta, quid animo proposuisset, quod consilium esset secutus in conscribendis fabulis, ita ut ad veritatem proxime accederet, ex iis posses concludere. Atque quum ipse vir doctus dicat, eum stetisse ab eorum causa, qui antiquitatem extulerint et reducere optaverint, quibus ex Aristophane satis cognitum habemus aetatem Marathoniam eam fuisse, quae omnes contineret perfectionis numeros, ipse judicavit, tum aetatem Pericleam non obversari poetae menti tanquam omnibus suis numeris expletam perfectamque — nec ullum locum proferre poterit vir doctus ex Aristophane ad sententiam suam confirmandam — tum ab omni veri similitudine abhorrere tyrannidem commendatam et praedicatam. Et quum irrideat poeta et alibi et in avibus Atheniensium metum tyrannidis vanum istum ac inanem, quo factum est, ut homines optime de republica meritos vehementissime sint consectati, ut dissensiones, seditiones, tumultus exstiterint, ut in summum discrimen respublica vocata sit, quid aliud inde colligere licebit quam gravissime dolere poetam hunc metum ut fontem maximorum malorum? Quodsi quis concederet viro docto, Aristophanem, quum illudat hunc timorem, studere iis, quos insanus plebis pavor exagitaverit, oppresserit, e patria ejecerit, imprimis Alcibiadi, nonne audacius idem concluderet, poetam ex his unum, fortasse ipsum Alcibiadem, quamquam anxie omnia vitaverit, quae ad hunc

possent referri, ut unicum aptum medicum civitati morbo gravissimo laboranti in animo habuisse commendare? Quid vero? Nonne hunc ipsum novem annis post commendat poeta notis istis versibus, qui sunt in ranarum fabula (vs. 1431 sq.), quippe in quo uno posita sit civitatis salus? Sane quidem, sed in summo ac periculosissimo reipublicae tempore, quum vir opus esset excellenti ingenio ac singulari, qui patriam ab interitu posset servare — quamquam in illis versibus apertam tyrannidis significationem ac commendationem, quo ultimo remedio reipublicae saluti subveniendum fuerit, vix inesse credo. At quo tempore aves conscriptae sunt, viribus integris ac validissimis utebantur Athenienses, quae vero periculum erat, ne distractae ac dilaceratae ejusmodi conatibus magnis et dubiis, qualis erat expeditio in Siciliam facta, praesertim republica intestinis ac domesticis malis laborante, et hoste acerrimo temporibus insidiante, in summum periculum ac extremum paene discrimen vocarentur. Idcirco omnem iram effundit poeta in hos conatus, qui quanto vaniores, tanto erant periculosiores. Atque eum non comprobare res a Pisthetaero avibusque gestas, totum inceptum eum habere pro inani ac ventoso, ex ipsis aliquot fabulae nostrae locis manifesto apparet. Huc pertinet gravis ista ac severa Iridis admonitio (vs. 1238 sq.) cujus sensus detracto integumento comico hic est: Cave, omnium stultissime, ne incredibili tua impudentia atque audacia iras excites deorum et interitum tibi et omnibus, qui tecum conjuncti sunt, pares. Detegunt hi versus summam poetae severitatem, quam per hilaritatem atque lasciviam comoediae saepenumero prorumpere recte monet Köchly (p. 12). Poetam vero vanitatem incepti in ludum jocumque vertere, quod, quum aere tanquam fundamento nitatur, nullam habeat firmitatem ac stabilitatem, docemur ex stupore chori, qui, quum upupa ei exposuerit, cur peregrini illi advenerint, interrogat, num forte mente isti sint capti (vs. 426 sq.); docemur ex consultatione de nomine novae urbi imponendo, et ex interrogatione illa Euelpidis (vs. 821 sq.): Num haec est ista Nephelococcygia, ubi Theagenis et Aeschinis jacent fundi? ad quam Pisthetaerus respondet: Sane est campus Phlegraeus, ubi gigantum immane genus a diis eversum et deletum est; docemur denique iis, quae nuntius narrat de urbis aedificatione (cfr. vs. 1126 sq.) et stupore Pisthetaeri, qui, quum aliquamdiu ista narratione obstupefactus siluerit, choro rogante: Quid tandem agis? num miraris, quod ita celeriter moenia exstructa sint? haec respondet: Mehercle, mendaciorum instar videntur, quae narras (vs. 1167 sq.). Verbis luculentioribus poeta, quid sentiret de avium incepto, vix poterat aperire. — Et quale tandem est illud exemplum novarum Athenarum, quod in avibus nobis propositum esse vult vir doctus? Num est in avium civitate ea tranquillitas animi et securitas, ea pax, ea concordia, quae a poeta Athenis tantopere desiderantur? Ad Pisthetaerum delato summo imperio et deducta e coelo Basilea, num omnia bona et honesta et praeclara simul in novum regnum invaserunt? Nolo accuratius examinare, quae vir doctus dicit de altera parabasi ex omni parte diversa a priore sive de natura avium prorsus commutata, quum argumentis ac rationibus non confirmet sententiam suam — equidem eam, quam statuit Koechly, diversitatem frustra laboravi cernere — nolo magni facere, quod Pisthetaerus, quum vixdum omnium rerum potestas ad eum pervenerit, jam eo debet procedere, ut de avibus nonnullis, quae seditione facta rempublicam evertere ausae sint, supplicium sumat: verum quomodo se habet dos illa Basileae, qualem Prometheus Pisthetaero exposuit? Basilea praeter multa et bona et praeclara secum fert etiam τὸν κωλακρέτην, τὰ τριώβολα. Quid? nonne igitur e coelo deducit judicum quoque ordinem, cujus tantum odium cepit Aristophanem? Quaero denique, quomodo non abhorreant ab exemplari illo novarum Athe-

earum regno spoliati dii, aves substitutae in eorum locum? At non haesitat vir doctus in hac re, scit, quomodo sese ex his expediat angustiis: Eine neue Religion soll beginnen, nicht durch Leugnung der alten Götter, nicht durch Abschaffung des bisherigen Gottesdienstes, sondern dadurch, daß den Göttern Scepter und Königsmacht genommen, prosaisch ausgedrückt, daß die äußere Religion dem Staate untergeordnet, nicht umgekehrt — wie im Hermocopidenproceß geschehen war — vom religiösen Standpunkt aus Politik gemacht wird (p. 20). Videat vir doctus, quibus id possit persuadere!

Schulnachrichten.

1. Chronik des Gymnasiums.

Die durch die Vocation des Collaborator Meyer zu einer Pfarrcollaboratur erledigte Stelle an unserm Gymnasium ist zu Ostern durch die Anstellung des Schulamtscandidaten Rudolf Haage wieder besetzt worden. Außerdem hielt der Schulamtscandidat Uelzen bis Michaelis hier den Rest seines Probejahrs ab.

2. Hülfsmittel des Unterrichts.

Die Bibliothek erhielt

durch Schenkung:

1. vom hohen Königl. Gesammtministerio:
   Die Fortsetzung von Perz Monum. Germ.
2. vom hohen Ministerio der geistlichen Angelegenheiten:
   Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg von H. Sudendorf.
3. von Sr. Excellenz dem Herrn Landschaftsdirector von Hodenberg:
   a. Calenberger Urkundenbuch.
   b. Archiv für Geschichte und Verfassung des Fürstenth. Lüneburg. 4. Band, 3. Abth. u. 7. Band 1. u. 2. Abth.
4. von der Hahnschen Hofbuchhandlung:
   a. Sammlung geometrischer Aufgaben und Lehrsätze. Aus der engl. Ausgabe des Euclides von Robert Potts, übersetzt von Hans H. von Aller.
   b. Vierstellige logorithmetisch-trigonometrische Tafeln von Th. Wittstein.
5. von der Viewegschen Buchhandlung in Braunschweig:
   a. Lehrbuch der unorganischen Chemie für Schulen von Dr. A. Andriessen.
   b. Deutsch-Griech. Wörterbuch von W. Pape, bearbeitet von M. Sengebusch.
6. von der Wohlerschen Buchhandlung in Ulm:
   a. Lehrbuch der ebenen Trigonometrie von Dr. Chr. Nagel. 9. Auflage.
   b. Materialien zur Selbstbeschäftigung der Schüler von demselben. 3. Auflage.
7. von einer theol. Lesegesellschaft:
   Zeitschrift für die gesammte Theologie und Kirche von Rudelbach und Gericke. Jahrg. 1859.

durch Kauf erworben:

1. Die im Lauf des Jahres erschienenen Fortsetzungen zu Stephani thesaurus, zu der Geschichte der deutschen Literatur von H. Kurz, zu der Geschichte der europäischen Staaten von Heeren und Ukert, zu Ritters Erdkunde, zu Grimm's Wörterbuch, zu Poggendorfs Annalen der Physik, zu Mützells Zeitschrift für das Gymnasialwesen und zu den neuen Jahrbüchern für Philologie und Pädagogik.
2. W. Corßen Aussprache, Vocalismus und Betonung der lat. Sprache. II.
3. Grundzüge der Griech. Lautlehre von W. Christ.
4. Griechische Götterlehre von F. G. Welcker. II. Erste Lieferung.

5. Leben, Fehden und Handlungen des Ritters Götz von Berlichingen, durch ihn selbst beschrieben, von Ottmar Schönhuth.
6. Schiller und seine Zeit von Johannes Scherr. Volksausgabe.
7. Bibliotheca scriptorum classicorum et graec. et latin. von W. Engelmann. 7. Auflage.
8. Geschichte des deutschen Handels von Dr. Johannes Falke. Erster Theil.
9. Die deutsche Trachten- und Modewelt von Jacob Falke. Erster und zweiter Theil.
10. Schillers Leben, Geistesentwicklung und Werke. Von K. Hoffmeister. 5 Bände.
11. Etymolog. Wörterbuch der Romanischen Sprachen von Fr. Diez. Bonn 1853.
12. John Flaxmann Umrisse zu Homers Ilias und Odyssee. Gestochen von Riepenhausen.
13. Cicero de oratore von K. W. Piderit. Leipzig 1859.
14. Das Privatrecht und der Civilproceß der Römer von der ältesten Zeit bis auf Justinian von Rein. Leipzig 1858.
15. Plutarchi vitae parallelae von C. Sintenis. Leipzig 1839 — 1846.
16. Charikles, Bilder altgriechischer Sitte von W. A. Becker. Zweite Ausgabe von K. Fr. Hermann. 3 Bände. Leipzig 1854.
17. Gallus oder Römische Scenen von W. A. Becker. Zweite Ausgabe von W. Rein. Leipzig 1849.
18. Griech. Rhythmik von A. Roßbach. Leipzig 1854.
19. Griech. Metrik von A. Roßbach und R. Westphal. Leipzig 1856.
20. C. Cornel. Taciti de vita et moribus Cn. Julii Agricolae liber, ad fidem codicum denuo collatorum von Fr. K. Wex. Brunsvigae 1842.
21. Geschichte des griech. Kriegswesens von Rustow und Köchly. Aarau 1852.
22. Geschichte Alexanders des Großen von J. G. Droysen. Hamburg.
23. Deutsche Dichtung von der ältesten bis auf die neueste Zeit, von W. Menzel. 3 Bände. Stuttg. 1858.
24. P. Ovidii Nasonis Fastorum libri VI. von R. Merkel. Berlin 1841.
25. Dr. H. Barths Reisen und Entdeckungen in Nord- und Central-Afrika in den Jahren 1849 — 1855. Im Auszuge. Gotha. Perthes.

Für den mathematisch-physicalischen Unterricht ist ein Thermometrograph, ein Hohlprisma und ein Apparat zum Beweise des Refractions- und des Reflexionsgesetzes angeschafft.

3. Statistische Bemerkungen.

Aufgenommen wurden von Ostern 1859 bis dahin 1860 im Ganzen 86 Schüler, abgegangen sind 58. Die Gesammtzahl beträgt am Schlusse 275, darunter 80 auswärtige.

Mit dem Zeugnis der Reife gingen zur Universität:

1. Ostern 1859:

1. Christian Johann Harry Ludwig Schmidt, Sohn des Obergerichtsraths Schmidt hieselbst. Studium: Jurisprudenz.
2. Wilhelm Conrad Hermann Meyer, Sohn des Landphysicus Meyer zu Burgwedel. Studium: Medicin.
3. August Christel Martin Theodor Meinecke, Sohn des Organisten Meinecke auf Blumlage. Studium: Jurisprudenz.
4. Alfred Eduard Bronner, Sohn des Superintendenten Bronner zu Winsen a. d. Aller. Studium: Theologie.
5. Friedrich August Reinhard Roesebeck, Sohn des Rentmeisters Roesebeck zu Lüchow. Studium Medicin.
6. Carl Friedrich Bernhard Reuter, Sohn des Cammerconsulenten Reuter hieselbst. Studium: Theologie.
7. Wilhelm Johann Friedrich Armknecht, Sohn des Pastor Armknecht zu Isten. Studium: Theologie.
8. Johann Otto Gericke, Sohn des Kaufmanns Gericke zu Hamburg. Studium: Jurisprudenz.
9. Broder Wilhelm Rudolf Michaelis, Sohn des Landphysicus Michaelis zu Winsen a. d. Luhe. Studium: Chemie.

2. **Michaelis 1859:**

Carl Georg Ernst Hermann von Bülow, Sohn des Oberamtsrichters von Bülow hieselbst. Studium: Jurisprudenz.

Außerdem verließen die Anstalt:

1. die Primaner: von Werlhof, Forcke.
2. die Secundaner: Lueder, Strauß, Jübell, Meyer, Stümcke.
3. die Tertianer: Lueder, Lyßmann, von Oeynhausen.
4. die Quartaner: von Werlhof, von Hassel, von Müller, Afhof, Thies.
5. die Quintaner: von Werlhof, Ebeling.
6. die Sextaner: Lueder, Armbrust, Behre, Althaus, Göttsche, Conrades.
7. die Septimaner: Grahame I u. II, Bacmeister, Blauel.
8. aus der ersten Realclasse: Herrmann, Goltermann, Hüpeden, Ehlers, Krauchenberg, Holste, Scharnhorst, Karlowa, Hugo, Pitcairn, Fraser, Dreyer, Renneberg, Guizetti.
9. aus der zweiten Realclasse: Schmidt, Ebermann, Diggles, Simon, von Hugo.

Am 31. März, Morgens 10 Uhr, Schulactus und Entlassung der Abiturienten.

Mittwoch den 18. April, Morgens 10 Uhr, Aufnahmeprüfung der angemeldeten Schüler im Gymnasialgebäude.

Beginn des Unterrichts am 19. April, Morgens 8 Uhr.




10.825
nscribenda avium fabula quod s
ner Library 007492002
2044 085 094 019